



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 161. Inges Procerum concursus ad Aurelianensem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

tiori ira commotus, Administratricis ho- Sæcul. XV.  
norem & famam atrocibus convitiis la- A.C. 1484.  
cessere non dubitabat: Illa autem cum  
haac injuriam inultam relinquere nollet,  
extra statuta tempora Senatum coegit,  
in quo Aureliæ Dux comprehendi jube-  
batur. Verum is a Joanne Lovaniensi  
suorum Procerum quodam periculum e-  
doctus, ad Renatum Alensonii Ducem  
Vernolum in Perchiensi tractu situm fu-  
ga se se recepit, sinistræ fortunæ even-  
tum præventurus.

### §. CLXI.

#### *Ingens Procerum concursus ad Aurelianensem.*

In hoc suo recessu omnes curas eo inten-  
dit, ut copias conscriberet. Nec etiam  
consilio fortuna defuit; quippe tam pro-  
pria quam Alensonii Ducis auctoritate  
firmatus, centum lancearios, ac justum  
pedestris militiae numerum contraxit.  
Indies quoque ipsius factio numero &  
potentia crescebat, cui etiam Dunensis  
Comitis opera sese adjungebant quam  
plurimi, quorum fides Bellojoviensi Co-  
mitissæ antea minime suspecta erat. Præ-  
cipue vero eam maxime attonitam red-  
didit inconstantia Borbonii Ducis levi-  
ri sui, quem non ita pridem ad Conne-  
stabilis

Sæcul. XV.  
A. C. 1484.

stabilis Franciæ dignitatem evexerat  
nunc vero comperire coacta fuerat, quo  
ille Averniæ in subsidium Aureliæ De  
cis copias conscriberet, Engolismens  
quoque Comes in Pictavia militum  
lectum faceret, hisque Fuxus & Allo  
tus faverent. Præterea percepit, quod  
ipsi etiam Arauficæ & Lotharingiæ D  
ces tum temporis in aula agentes Aus  
lianensis hostis sui partes tuerentur,  
non cum illo in ejus interitum confor  
rent. Tanti periculi eventum præ  
tere, necessitas Comitissæ suadebat, hi  
optimum huic malo remedium fore ce  
febat, si horum Procerum molimini  
vigili oculo exploraret, sibi adversari  
a Regis alloquio arceret, & mandatis  
omnes finitimarum Britanniæ urbium  
Præfectos missis juberet, quatenus in on  
nes, quotquot hanc Provinciam transirent  
diligenter inquirerent; satis enim Co  
mitissæ compertum erat, quod Aureli  
ensis ex Britannia potissimum auxil  
partem colligeret. Post hæc quasdam  
naves instrui præcepit, quæ circumvi  
nam oram obsiderent, aliasque copias  
milit, quæ legionibus a Borbonio & En  
golismensi collectis transitum interce  
derent.

Aurelianensis tanta Comitissæ sole  
tia turbatus, faciliores præbuit aure

*San-Gelas.  
vit. Ludov.  
XII.*

nonnullis integræ fidei viris, qui, ut il- Sæcul. XV.  
lum ad aulam reducerent, ad eum missi A.C. 1484.  
sponderunt, se nihil, ut denuo in gra-  
tiam Comitissæ Bellojoviensis rediret,  
intentatum relicturos, imo & eidem, ut  
abunde securitati ejus cautum esset,  
omnium præteriorum veniam im-  
petratus. Aureliæ Dux, quamvis  
ob sinistram, quam de Comitissa conce-  
perat opinionem, ægre admodum sibi  
persuaderet, quod illa vindictæ cupidini  
publicam regni tranquillitatem sincera  
fide præferre velit, nihilominus postquam  
omni meliori modo securitati suæ pro-  
spexerat, iter arripuit, eam Ebroici adi-  
turus; Vernolii enim insidias sibi strui  
verebatur. Evidem cum Bellojoviensi  
Comitissa colloquium habuit, sed paula-  
tim libertati suæ timens, insalutato ho-  
spite discessit, Blosiamque contendit, ut  
cum amicis suis de mediis ad exequen-  
da sua consilia necessariis deliberare pos-  
set. Huic inter ceteros Dunensis Co-  
mes auctor extitit, ut primum Aureliam  
hæreditariæ portionis suæ Metropolim  
occuparet, indeque victoriarum cursum  
auspicaretur; idque coasilium Comes se-  
quenti fulciebat argumento: hac via, in-  
quiebat ipse, Comitissæ adversarii famæ  
honorisque jacturam reparabunt, eorum-  
que copiæ ad mænia hujus urbis tuto

Hist. Eccles. Tom. XXX,

P se

**Sæcul. XV.****A. C. 1484.**

se recipere poterunt, usquedum aliorum  
suppetiis earum potentia augeretur. h  
eandem quoque sententiam ceteri  
bant.

**§. CLXII.**

*Dux Aureliam veniens: ait ingr  
prohibitus.*

**A**ttamen exploratis Aureliæ Duci  
filiis, omni cunctatione remota  
hanc urbem ablegatur Imbertus Ba  
navius Buchagii Dynasta, qui civium  
nimos in Regis obsequio firmaret. Hi  
jus viri studio tam secundus collu  
eventus, ut Cives Oratoribus, Duci  
pias intromitti postulantibus, urbis po  
tas occluderent, atque ad arma conda  
mantes Senatum agerent, in quo leg  
tos absque Regis assensu minime audie  
dos esse, unanimi voto decernebant. E  
quidem Aurelianensis ipsus urbem ad  
verum haud benigniori responso ex  
ptus est; cives enim e mænibus eius  
exponebant, sibi quidem permoleste so  
cidere, quod adeo illiberaliter eum lu  
bere cogarentur: Verum id eis non in  
pridem a Rege disertis verbis fuisse pre  
ceptum, se proin ejus jussis obsequend  
necessitate ad indignum hunc agendi  
modum compelli: Cum igitur Aurelia  
nenfi